



~~17~~
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-1

SIGNAT. MDCCCXXIII.



RECTOR
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS,
CHRISTIANVS
VATER,

PHILOS. ET MED. DOCT. PATHOLOG.
PROF. PVBL. PHYSICVS PROVINCIALIS
SAXONICVS, ET COLLEG. CVRIOS.
GERMAN. COLLEGA.

CIVIBVS ACADEMICIS.
S. P. D.



Matronam quendam fuisse accepimus, natione Chiam, genere et animo nobilem, quae rebus optimis dedita, nullam vitae partem in otio ac desidia exegit. Germen avitae stirpis vocat Nilus Rhodius, feminam honestissimis maioribus ortam, pietate et industria sibi cognitam, omnibus quae sexus ornamentis commendatam. Si exempla cum exemplis contendo, Chiam exaequavit NEUMANNIA, quae omnes cogitationes suas ad Dei cultum sanctimoniamque convertit, et pia sapientisque matronae provinciam, in arduis etiam familiae negotiis, semper administravit, virtutum munita praesidiis, atque innocentiae scuto ab iniuriis horum temporum defensa. Amorem in Deum, charitatem erga homines, tranquillitatem animi in rebus dubiis, desideriumque rerum coelestium prospera adversaque fortuna comprobavit adeo, ut propinqui, honore summi, eam in filiae loco diligenter, avus, patre mortuo, eam ut veram germanamque neptem amplecteretur, reliqui indolem eius agnoscerent, et pietatem in vita, munditiamque in sexu admirarentur. Quibus sane rebus se distinxit ab aliis, quae viris luxu et superbia graves sunt atque infelices. Contra haec maximam exstant-

stantia et firmitate animi voluptatem capiebat. Meae, in quiebat, deliciae et amores in Deo, ornamenta in virtute posita sunt, quae nullus casus, nulla vis morbi eripiet mihi. De hac sententia nihil dimovit matronam, cui nihil optatius fuit, quam ut matri, et postquam nupsit, marito se probaret. Duae sane res sibi in primis necessarias esse iudicabat matrona, Deum colere, familiaeque decus, quod nascendi lege acceperat, servare. Neutra spes matronam destituit, quae Numen maximum pie et religiose venerata est, et familiae suae ornamentum attulit, magnumque splendorem. Lucem hanc, rebus patriae in tuto collocatis, CHR. ISTIANA ELISABETHA aspexit A. MD. CC. LXXIV. adulto mense Decembri, patre Consultissimo, FRANCISCO HENRICO HOELTICHIO, Doctore iuris dignissimo, et in tribunalibus Saxoniae publicis Advocato Ordinario meritissimo, deinde Syndico Salzensi gravissimo, et matre Nobilissima, SABINA DOROTHEA, vidua secundum moestissima, et vel hoc, neque expectato, casu afflictissima, quae multo labore et opera partes fidae matris pergit. Avi maioresque non in tenebris iacent, sed in luce reipublicae vigent, et multis patriae monumentis celebrantur. Necessitudines matronae eo minus in occulto latent, et immortalitati consecratae, non facile exolescunt, nedum extinguntur. Nostra maiorum similis, ita se praebuit, ut sine adulandi suspitione inter huius urbis virgines tunc praecipua esset, atque in suae virtutis amorem induceret maxime et impelleret Virum Summe Reverendum atque Amplissimum, D. IO. GEORGIVM NEVMANNIVM, Doctorem Theologum Celeberrimum, Ephorumque Alumnorum gravissimum, et Bibliothecae huius Academiae praefectum dexterrimum, sub id tempus artis Poeticae Professore publicum, ingenii ubertate, et doctrinae copia, de sacris humanis-
que

que literis meritissimum, quem A. CIO. MDCXCI. maritum
pacta, ritu solenni et sancto sibi devinxit. Ex hoc ma-
trimonio nati sunt CASPAR HENRICVS, adolescens pa-
ternae virtutis aemulus, et HENRICA LYDOVICA, iam
pridem defuncta. Longum esset, matronae laudes
persequi, quae in educanda sobole, et regenda fami-
lia non modo nihil praetermisit, sed dignum quoque
munere suo locum tenuit, et fida ac diligens in-
venta est, cum non minore animo, quam viribus, ad
augenda domus suae commoda eniteretur. Deum pie
coluit, et rerum omnium consiliorumque arbitrum
et moderatorem quanta potuit animi demissione
semper venerata est, templa diligenter obiit, et ma-
gnum pietatis fructum consecuta est. Modestiam
retinuit, et contempsit arrogantiam, familiare eius se-
xus malum. Memor natalium, ab radice optima
quasi germen orta, non degeneravit a stirpe, et ramos
dignitatis suae quam longissime diffudit. Neminem
laesit, neque in alienis malis exultavit, secuta pietatis
suae matrona. Cum rationem commodi duceret,
fraudes detestata est, irrisorem et contumeliam,
quae plerumque dominatur inter mulieres aemu-
las, odit vehementer, et a sexu suo removit, neque ina-
nibus rebus, ut plures mulierculae solent, glo-
riolam aucupata est, invidiae expers, et rebus dome-
sticis contenta. Missa facio aliam matronae ornamenta,
quibus fere omnibus praeripuit palmam. Quare vita
meliori dignam e vivorum numero Deus exemit, et
morbo ac tunc consumptae, coelestis gaudii retulit
mercedem. Ita flos exaruit, et germen optimae stir-
pis, subtrahito viribus succo, in vigore suo et summa
pulchritudine sua defecit. Nos matronae, quod sine
piaculo omitti non potest, monumentum e marmore
tempeternum debemus, Nunc funus proleque pietas admonet Cives, et Neu-
manniana praecipue merita, Luterianaque decora, quae in tabulis et
avorum signis extant, hortantur, ut ab H. I. pomeridiana frequentissimi
conveniatis, luctumque moestissimi Vidui, et afflictissimae matris prac-
sentia vestra leniatis. P. P. FER. II. Nativ. CHRISTI An. recu-
peratae salutis cl. lcccl.

Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 117
W 118





[Faint, mirrored text from the reverse side of the page, including words like 'Academiae', 'Vitembergensis', 'Philos. et Med. Doct.', 'Patholog.', 'Prof. Publ. Physicvs', 'Provincialis', 'Saxonicvs', 'et Colleg. Cvrrios', 'German. Collega.', 'Civibus Academicis', 'S. P. D.', 'Inches', 'Centimetres', 'Farbkarte #13', 'B.I.G.', 'Blue', 'Cyan', 'Green', 'Yellow', 'Red', 'Magenta', 'White', '3/Color', 'Black']

**RECTOR
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS,
CHRISTIANVS
VATER,**

**PHILOS. ET MED. DOCT. PATHOLOG.
PROF. PVBL. PHYSICVS PROVINCIALIS
SAXONICVS, ET COLLEG. CVRIOS.
GERMAN. COLLEGA.**

*CIVIBVS ACADEMICIS.
S. P. D.*

